

SW. LUDWIKA DE MARILLAC

OGŁOSZONA NIEBIESKĄ PATRONKĄ WSZYSTKICH DZIEŁ
OPIEKI SPOŁECZNEJ KOŚCIOŁA

JOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. „Omnibus mater” ut ait Sanctus Augustinus (De cat. rud. 15 PL, 40, 328) est caritas quae in Ecclesia catholica, divino afflante Numine, numquam non viguit neque desinit vigere, universam complectens hominum societatem, maxime eos qui difficultatibus versantur domesticae rei, morbo laborant, aliisque quibusvis premuntur aerumnis. Clementissimus igitur Redemptor per Ecclesiam suam haec verba plena solacii, levationis efficientia, iterat semper: Misereor super turbam (Marc. 8, 2).

Quod his temporibus luculentissime comprobatur qua, quo magis, technicae artis inventis mirum in modum adauctis, strages increverunt, propagatae sunt miseriae, eo plura, ejusdem Christi sponsae impulsione, praebentur remedia, disponuntur auxilia instituta. Quae intuentibus expedire Nobis est visum eos qui hujusmodi socialibus operibus insistunt, peculiari obtegi superno praesidio, quo satius valeant tam salutaria munera obire, et cum alii subsidia aerumnosis impertita ad humana tantum velint pertinere consilia, ad verae caritatis rationem iidem revocentur.

Inter eos autem qui hujus virtutis exercitatione praestiterunt, singulari est laude ferenda Sancta Ludovica de Marillac, inclita auctor, una cum Sancto Vincentio a Paulo, Puellarum a Caritate. Haec enim, caelesti quodam igne incensa, suas partes esse duxit hominibus omni ope destitutis, infirmis sive in valetudinariis sive domi decumbentibus, infantibus expositis, pueris derelictis et expertibus eruditionis, senibus carentibus solacio, viris datis ad remum, mente misere captis, omnibus demum se male habentibus opitulari matremque se praebere pietissimam. Ut autem par esset tot tantorumque onerum moli, Sancta Ludovica adjumento usa est matronarum in Vincentianos caetus ascriptarum; ac praeser-

tim socio labore Puellarum a Caritate, quas ad ejusmodi gerenda officia rite instituit. Haec agens praenuntiata fuit et, ut temporibus illis, jam effectrix operum eorum quae socialia christiana appellata, praeclare invaluisse diximus temporibus nostris.

Hanc ab causam dilectus filius Supremus Congregationis Moderator submisit Nos rogavit, ut Sanctam Ludovicam de Marillac, cujus a piissimo obitu tertium saeculum mox revolvetur, eorum omnium qui opera socialia christiana quoquo modo exercent caelestem renuntiarem Patronam. Quibus precibus plurimi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Religiosarum Sodalitatum Generales Praepositi, amplissime sunt suffragati atque etiam ex omnibus fere orbis terrarum partibus illustrissimi viri atque mulieres supplicationes suas addidere.

Nos autem, quo sumus animo in eos benevolo qui, christiana moti caritate, aerumnosis fletum abstergere nituntur, votis hujusmodi statuimus libenter obsecundare. Itaque collatis consillis cum venerabili Fratre nostro Cajetano Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Ciconiani, episcopo Tusculano, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctam Ludovicam de Marillac, Viduam, caelestem apud Deum Patronam omnium operibus socialibus christianis addictorum constituimus ac declaramus, cunctis adjectis honoribus ac privilegiis liturgicis quae coetuum Patronis rite competunt.

Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate quolibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die X mensis februarii anno MDCCCCLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. Tardini

a publicis Ecclae negotiis

[Przekład polski]

JAN XXIII

Na wieczną rzecz pamiątkę!

Jak mówi Św. Augustyn (De cat. rud. — o nauczaniu prostaków) 15, PL 40, 328) „Dla wszystkich macierzą jest miłość”. Onaż to, pod Bożym tchnieniem, w Kościele katolickim zawsze świeciła i nadal świeci triumfy, całej ludzkości obejmując społeczność, tych szczególnie, którym materialne dokuczają trudności, choroby, bądź inne najróżnorodniejsze utrapiają ich udreki. Z tego to powodu Zbawiciel Najmiłociwszy nieustannie — za pośrednictwem swego Kościoła — pełne pociechy i ukojenie niosące powtarza słowa: „Żal mi tego ludu” (Mk 8, 2).

Wszystko to znajduje bardzo widoczne potwierdzenie za naszych czasów, kiedy z każdym dniem technika coraz to nowe, podziw budzące, przynosi odkrycia, a równocześnie przybierają na sile objawy zniszczenia, a niedola życia coraz szersze zatacza kręgi, a z drugiej strony w tym samym stopniu, pod przemożnym wpływem wspomnianej już Oblubienicy Chrystusa spieszy się im z coraz większą pomocą doraźną, i stawia do dyspozycji organizacje, mające zapewnić pomoc stałą.

Zastanawiając się nad tym wszystkim, zdecydowaliśmy, że będzie czymś bardzo właściwym, gdy tych, którzy z takim poświęceniem oddają się tego rodzaju akcji społecznej, osłonimy szczególną niebieską opieką, żeby tak zbawienne zadania mogli jeszcze lepiej spełniać; i, kiedy inni chcieliby usługi, oddawane nieszczęśliwym, zarezerwować dla czynników czysto ludzkiej inicjatywy, — wszystkie je oddać pod kierunek prawdziwej chrześcijańskiej miłości.

Spośród znakomicie wyróżniających się w praktyce tej cnoty na szczególnie chwalebny hołd zasługuje Św. Ludwika de Marillac, znana razem ze Św. Wincentym Współzałożycielka Sióstr

Miłosierdzia. Ona to, niebiańskim właśnie rozpalona ogniem, uważała za swoje zadanie życiowe zaopiekować się ludźmi pozbawionymi wszelkiej pomocy, w szpitalu czy po domach leżącymi chorymi, dziećmi podrzuconymi, młodzieżą opuszczoną i pozbawioną możliwości korzystania z nauki, brak pociechy odczuwającymi starcami, na galery skazanymi, nieszczęśliwymi obłąkanymi, wogóle wszystkimi źle się czującymi, — zaopiekować się i zastąpić im bardzo czule kochającą matkę. — Żeby podolać ogromowi tylu tak trudnych zadań, w służbę w tę wciągnie Stowarzyszenia Pań Miłosierdzia Św. Wincentego a Paulo, a przede wszystkim pracownice swe Towarzyszki, Siostry Miłosierdzia, doskonale przez Nią do tego rodzaju służb zaprawione. — Przez tę swoją działalność stała się zwiastunką i sprawczynią — za swoich już dni — tych dzieł, które z czasem nazwano chrześcijańską akcją społeczną a za naszych dni, jak już wspomnieliśmy, wybornie wzrosły w siłę.

Z tego pewnie powodu umiłowany Nasz Syn, Najwyższy Przełożony Zgromadzenia pokorną przedstawił Nam prośbę, żebyśmy Św. Ludwikę de Marillac, właśnie z okazji obchodów trzechsetlecia jej świątobliwej śmierci, ogłosili Niebiańską Patronką wszystkich działaczy na polu chrześcijańskiej opieki społecznej. Prośbę tę najmocniej poparli liczni bardzo Św. Rzymskiego Kościoła Kardynałowie, Arcybiskupi i Biskupi, oraz najwyżsi przełożeni zgromadzeń zakonnych. Prośby w tym samym kierunku z całego niemal świata dołączyły liczne znakomite osobistości, liczni mężowie i niewiasty.

Wobec tego, ze specjalnie życzliwej sympatii dla wszystkich, którzy z chrześcijańską miłością usilnie starają się osuszać lzy nieszczęśliwych, postanowiliśmy do prośb tych całym sercem się przychylić. Stąd, po odbyciu narad z Czcigodnym Bratem Naszym Św. Kościoła Rzymskiego Kardynałem Kajetanem Cicognani, Biskupem Tusculanum a Św. Kongregacji Obrzędów Prefektem, z pełną świadomością i po dojrzałym zastanowieniu się, z pełni Władzy Apostolskiej, mocą tego Listu, z nadaniem mu mocy po wieczne czasy, ustanawiamy i ogłaszamy Św. Wdowę, Ludwikę de Marillac, Niebieską u Boga Patronką wszystkich działaczy chrześcijańskiej opieki społecznej, z przyznaniem jej wszystkich oznak czci i liturgicznych przywilejów, takim Patronom przysługujących.

Nic nie może przeszkadzać uznawaniu ważności tego dekretu. To oświadczamy i rozporządzamy, postanawiając, że List ten ma być zawsze ważny i na zawsze skuteczny, skuteczność pewną i bez jakiegokolwiek uszczerbku ma posiadać i zachować, i teraz i później, z korzyścią dla wszystkich, kogo dotyczy obecnie i dotyczyć może w przyszłości. Tak poprawnie sądzić i rolę tego Listu oceniać należy, że i teraz i na przyszłość będzie nieważnym i daremnym, cokolwiek by i ktokolwiek — jakkolwiek posiadał by władzę i powagę — usiłował umyślnie czy przez nieświadomość — przeciwnego temuż postanowieniu uczynić.

Dan w Rzymie, u Św. Piotra, pod pierścieniem Rybaka 10 dnia miesiąca lutego roku 1960, Pontyfikatu Naszego drugiego.

D. Kard. Tardini
Sekretarz Stanu